

Latein-Deutsch

1. Wiederholen Sie: Hannibal – Perseus und Aemilius Paullus - Scipio Africanus maior und Scipio Africanus minor – Tiberius und Gaius Gracchus

2. Informieren Sie sich über Marius und Sulla.

Empfehlung für „Geschichtswissen“: Ulrich Huttner, Römische Antike, Tübingen 2008.

3. Wiederholen Sie: Sallust und sein Werk.

4. Übersetzen Sie **noch viel langsamer und noch viel konzentrierter**. Prägen Sie sich alle Vokabeln ein. Wiederholen Sie die Vokabeln zu den letzten Texten (**unbedingt!**).

Marius spricht

bellum me gerere cum Iugurtha iussistis, quam rem nobilitas aegerrime tulit. Quaeso, reputate cum animis vestris, num id mutare melius sit, si quem ex illo globo nobilitatis ad hoc aut aliud tale negotium mittatis, hominem ueteris prosapiae ac multarum imaginum et nullius stipendi: scilicet ut in tanta re ignarus omnium trepidet, festinet, sumat aliquem ex populo monitorem officii sui. Ita plerumque evenit, ut, quem vos imperare iussistis, is sibi imperatorem alium quaerat. Atque ego scio, Quirites, qui, postquam consules facti sunt, et acta maiorum et Graecorum militaria praecepta legere coeperint: praeposteri homines, nam gerere quam fieri tempore posterius, re atque usu prius est. Comparete nunc, Quirites, cum illorum superbia me hominem nouum. Quae illi audire aut legere solent, eorum partem vidi, alia egomet gessi; quae illi litteris, ea ego militando didici. Nunc vos existimate, facta an dicta pluris sint. Contemnunt novitatem meam, ego illorum ignaviam; mihi fortuna, illis probra obiectantur. Quamquam ego naturam unam et communem omnium existimo, sed fortissimum quemque generosissimum. Ac si iam ex patribus Albini aut Bestiae quaeri posset, mene an illos ex se gigni maluerint, quid responsuros creditis nisi sese liberos quam optimos voluisse? quod si iure me despiciunt, faciant item maioribus suis, quibus, uti mihi, ex virtute nobilitas coepit. Inuidet honori meo: ergo inuideant labori, innocentiae, periculis etiam meis, quoniam per haec illum cepi. Verum homines corrupti superbia ita aetatem agunt, quasi vestros honores contemnant; ita hos petunt, quasi honeste vixerint. Ne illi falsi sunt, qui diuersissimas res pariter expectant, ignaviae voluptatem et praemia virtutis. Atque etiam, cum apud vos aut in senatu verba faciunt, pleraque oratione maiores suos extollunt: eorum fortia facta memorando clariores sese putant. Quod contra est. Nam quanto vita illorum praeclarior, tanto horum socordia flagitiosior. Et profecto ita se res habet: maiorum gloria posteris quasi lumen est, neque

bona neque mala eorum in occulto patitur. Huiusce rei ego inopiam fateor, Quirites, verum, id quod multo praeclarius est, meamet facta mihi dicere licet. Nunc videte, quam iniqui sint. Quod ex aliena virtute sibi arrogant, id mihi ex mea non concedunt, scilicet quia imagines non habeo et quia mihi nova nobilitas est, quam certe peperisse melius est quam acceptam corrupisse.

Deutsch-Latein

1. **Wiederholen Sie weiter und immer wieder** die Phrasen / Konstruktionen, die Sie in den letzten Wochen herausgeschrieben haben. Gründlich! Wiederholen ist wirklich das Wichtigste ...

2. Wiederholen Sie: a) Relativsätze: Indikativ (meistens) oder „mit Nebensinn“

b) Funktionen der Genitive (bestimmen Sie alle Gen. im Text)

3. Curios nächste Unternehmung

Postero die Curio obsidere Uticam et vallo circummunire instituit.

Erat in oppido multitudo insolens belli diuturnitate otii,

Uticenses pro quibusdam Caesaris in se beneficiis illi amicissimi,

conventus is, qui ex variis generibus constaret,

terror ex superioribus proeliis magnus.

Itaque de deditione omnes palam loquebantur et cum P. Attio agebant,

ne sua pertinacia omnium fortunas perturbari vellet.

Haec cum agerentur, nuntii praemissi ab rege Iuba venerunt,

qui illum adesse cum magnis copiis dicerent

et de custodia ac defensione urbis hortarentur.

Quae res eorum perterritos animos confirmavit.

Nuntiabantur haec eadem Curioni, sed aliquamdiu fides fieri non poterat:

tantam habebat suarum rerum fiduciam.

4. Prägen Sie sich die Phrasen und Konstruktionen ein.

5. In *moodle* gibt es neue nützliche Übungen!